

1480. d. 31. Julij

Ex Cod. Dipl. Dogulij.

Litteræ Sixti P. P. IV. quibus committit Vladislav  
viensi, Jarbatensi, ac Osiliensi Episcopis, ut Ste-  
phanum, quem ex Trojanensi ad Rigensem Ecclē-  
siam transfudit, in possessionem Ecclesie, et Civi-  
tatis Rigenis inducant, auctoritate ab ea Magi-  
stro, et Ordine Theutonico. Datum Romæ, die 31.  
Julij. Anno 1480. Ex Originali.

Sixtus Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus  
Fratribus Vladislavensi, et Jarbatensi, ac Osiliensi Epi-  
scopis, nec non dilecto filio Decano Ecclesie Osiliensis, salu-  
tem, et Apostolicam Benedictionem. Ad universas Orbis Ec-  
clesias, proserim Nobis, et Apostolica Sedi immediate subje-  
ctas illarumq; Prelatos, nosse dirigentes considerationis intu-  
itum, illa libenter concedimus, per qua Prelati ipsi, eis inju-  
ste obsequium elata cervicē, digna correctione calcata, possesi-  
onem, vel quasi, regimini, et administrationis, ac bonorum Ec-  
clesie quibus presunt, assequi, eaq; ebita cum integritate  
potiri valeant, pariter et gaudere. Sane Ecclesia Rigenis,  
Romana Ecclesia immediate subjecta, per obitum bonæ me-  
morie Sylvestri Archiepiscopi Rigenis, extra Romanam  
Curiam, cum per Magistrum, et Fratres Militie Beate  
Marie Theutonice Jero. solimitanensis per Livoni-  
am consistentes ceterorum, defuncti, vacante, Nos Venera-  
bilium Fratrum nostrorum Stephanum tunc Episcopum  
Trojanensem, a vinculo, quo Ecclesia Trojanensi, cui tunc  
preerat, tenebatur, de Fratrum nostrorum consilio, et Apo-  
stolice potestatis plenitudine absolventes, ipsum ad profa-  
tam Rigensem Ecclesiam sic vacantem transfudimus, ip-  
sumq; Stephanum eidem Ecclesie Rigeni proficimus in Ar-  
chiepiscopum, et Pastorem, prout in nostris inde confectis  
Litteris



Litteris plenius continetur, Cum autem, sicut accepimus, Magister, et Fratres praedicti, qui dudum falso pretendentes in Civitate Rigeni, temporali Dominio dictae Rigenensis Ecclesiae subiecta, jus habere, non solum a Praedecessoribus eorum extortum a Proconsulibus, Consulibus, et Civibus Rigen- sibus fidelitatis iuramentum, ad cuius relaxationem condemnati erant, relaxare recusarunt, verum etiam desuper Apostolica auctoritate moniti, novum iuramentum fidelitatis, et homagij huiusmodi, a nonnullis Proconsulibus, et Consulibus, qui tunc erant, et Civibus dictae Civitatis de novo extorquere, et Apostolicis Mandatis praedictis obtemperare nolentes, contra dictum Sylvestrum arma sumere, et eum de possessione Civitatis, et Castrorum temporali Dominio dictae Rigenensis Ecclesiae subiectorum, vi, et armis expellere, ac plurima horrenda in eisdem Rigenensis Ecclesiae decorem tantum committere, et tam eundem Sylvestrum Archiepiscopum captivare, et iuramentum fidelitatis, et homagij huiusmodi extorquere, a Proconsulibus, Consulibus, et Civibus Rigenensibus, ac universis fere vasillis ipsius Rigenensis Ecclesiae extorquere presumpserunt, ipsi quoque Stephanum, quominus possessionem regimini, et administrationis praefatae Rigenensis Ecclesiae assequi, illi plenarie potiri, et gaudere valeat, impedire presumpserunt. Nos, quorum interest super his adhibere vigilantia nostra curas, cupientes huiusmodi conatibus congruis remedijs obviare, ac summatim de cuiusvis vestrum circumspicione, industria, et virtutibus in Domino fiduciam, specialiter, sperantesque, quod ea, quae Vobis committenda duxerimus, probe, et laudabiliter exequi procurabitis motu proprio, non ad praefatum Stephanum, vel alterius pro eo nobis, super hoc oblato petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione, et auctoritate nostra scientia, Vos, et vestrum quemlibet nostrum, et Sedis Apostolicae Nuntios, ad partes illas in praesentiarum destinamus, ac etiam deputamus, ut videlicet Vos, aut vos, vel duo, seu unus vestrum



ferunt per Vos, vel alium, seu alios eundem, Stephanum Archie-  
 piscopum, vel Procuratorem suum eius nomine, in corporalem  
 possessionem, vel quasi, regimini, et Administrationis, ac bonorum  
 omnium dicte Thigensis Ecclesie, Archiducatus nostrae iudicatio, et  
 defensionis inductum, auctoritate, etinde Magistro, et Fratribus predi-  
 ctis, et alijs detentoribus quibuscumq, faciatisq, sibi ab ipsius Eccle-  
 sia Thigensis Suffraganeis, Capitulo, Clero, et Populo obedienti-  
 am, et reverentiam congruentes, a vasallis vero predictis, et alijs  
 dicte Thigensis Ecclesie, temporali Dominio subiectis, consuetis  
 servitiis, et jura ab eis debita integre exhiberi. Nos enim vobis,  
 et cuilibet vestrum, nostro et Apostolice Sedis nominibus, Magi-  
 strum, et Fratres predictos, ut ab occupatione Ecclesie, et Civita-  
 tis Thigensis, Castellorum et bonorum omnium ejusdem Ecclesie,  
 que jure Beati Petri, et Romane Ecclesie, cui dicte Ecclesie  
 Thigensis immediate subesse divocitur, desistant, illaq, om-  
 nia tam mobilia, quam immobilia quacumq, sint, et pecu-  
 niarum summas, quas de bonis dicte Archiepiscopi habuerunt,  
 vobis integre, et sine diminutione restituant, et consignent, et  
 tota juramenta predicta antiqua, et nova relaxent, et sa-  
 ctas per eos Vasallis dicte Ecclesie de novo communi nomi-  
 bus, bonorum, que ab Ecclesia predicta recognoscebant, et  
 ad eundem Magistrum, et Fratres non pertinebant, infenda-  
 tiones, et obligationes quascumq, illas quomodolibet con-  
 venientes cassent, irritent, et annullent, ac de facto emanasse, ac  
 effectum sortiri non posse, nec debere recognoscant, requirendi,  
 ac declarandi, Suffraganeos, Brevespositum, Decanum, Capitulu-  
 lum, Canonicos, et personas Ecclesie Thigensis, nec non Procon-  
 sules, Consules, et Cives, ac Incolas, et habitatores Civitatis  
 Thigensis, ac Castellorum, et locorum, temporali dominio Ec-  
 clie predictae Thigensis subiectorum, ac alios quoscumq, vasal-  
 los, et Subditos dicte Thigensis Ecclesie, quocumq, nomine ap-  
 pellerantur ad observationem provisionum, obligationum, et  
 juramentorum hujusmodi non tueri, eosq, ab illis, que tenent  
 impediat, prout de facto prospere absolvendi, et liberandi, in-  
 libendi quoq, eidem Magistro, Brevespositis, et Fratribus predi-  
 ctam constitutis, ne deinceps Proconsoles, Consules, Cives, In-  
 colas, et habitatores, ac Subditos quoscumq, dicte Thigensis Ec-  
 clie, a quibus hujusmodi provisiones, Juramenta quomodolibet



extorserunt, quos, ut bona, qua in feudum a dicta Ecclesia obti-  
nebant, sibi ab eisdem Magistro, & Fratribus in feudum venire re-  
cogno. scerent, induxerunt, eorum vasallos, juratos, feudarios, & sub-  
ditos nominare, & reputare, & pro talibus venire, & tractare, & ne  
pretextu juramentorum, promissionum, obligationum, & infeda-  
tionum hujusmodi directe, vel indirecte ad juramentorum, pro-  
missionum, & obligationum hujusmodi observationem compelle-  
re, aut alias inquietare quomodolibet presumerent, sub Excom-  
municacionis lata Sententia, & alijs Censuris, & penis Ecclesia-  
sticis, de quibus vobis videbitur, inhibendi, nec non eisdem suf-  
fraganeis, Preposito, Decano, Capitulo, Canonico, Personis, Pro-  
curatoribus, Consulis, Civibus, Incolis, Habitatoribus, Vasal-  
lis, & Subditis, ne juramenta, promissiones, & obligationes, nec  
non eis, & quibus alijs, ne in prejudicium dictae Ecclesiae Thi-  
gensis unitas Confederaciones, & ligas observent, neve pro va-  
sallis, ac subditis Magistri, & Fratrum praedictorum se gerant,  
aut illorum Mandatis obtemperent, & alium, quam profectum  
Stephanum, & pro tempore existentem Archiepiscopum Thi-  
gensem, in eorum Dominum, & Superiorem recognoscant, sub si-  
milibus Censuris, & penis, etiam perditionis, & privationis  
bonorum quomodolibet, qua a dicta Thigensi Ecclesia quomodoli-  
bet obtinent, infringendi, & non parentes requisitioni, & Mau-  
datis ejus, Censuras, & penas praedictas incurrisse, de darau-  
di, ac legitimis super his habendis servatis processibus, il-  
las iteratis vicibus aggravandi, contradiatores quoslibet,  
& rebelles, per Censuram Ecclesiasticam, & alia remedia ju-  
ris opportuna, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxi-  
lio brachij secularis, compescendi, & generaliter omnia  
& singula, qua in praemissis, & circa ea necessaria vobis vi-  
debuntur, faciendi, mandandi, & exequendi facultatem con-  
cedimus per presentes, non obstantibus praemissis, ac Con-  
stitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omni-  
bus, qua in dictis alijs literis nostris volumus non obsta-  
re, ceterisque contrarij quibuscumque. Nos enim Sententias,  
Censuras, & penas, quas vice tuleritis, in rebelles, vatas  
habebimus, & faciemus, ad satisfactionem condignam  
inviolabiliter observari. Datum Roma apud S. Petrum Anno Incar-  
nationis Dominice millesimo quingentesimo octuagesimo,  
pridie Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno nono.